

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio o
cum fonte primo

Discant electorum principes successores sibi non eos
qui consanguinitate generis iuncti sunt,
neque qui carnis propinquitate sociantur testamento signare,
neque hereditarium tradere ecclesie principatum,
sed referre ad iudicium Dei et non eligere illum
quem humanus affectus commendat,
sed totum Dei iudicio de successoris electione permittere.

Origenes super illud Numerorum XXVII.: Prouideat Dominus
spirituum omnis carnis et cetera.

Sed discant ecclesiarum principes successores sibi non eos
qui consanguinitate generis iuncti sunt,
neque qui carnis propinquitate sociantur, testamento signare
neque hereditarium tradere Ecclesiae principatum,
sed referre ad iudicium Dei et non eligere illum
quem humanus commendat affectus,
sed Dei iudicio totum de successoris electione permittere.

Origenes, *In Numeros homelie*, 22.4.1 (SC 461, L. Doutreleau
ed., p.94, ll.165-171).